

nes saluos faceret 1. Corinthio: 9. Qui seipsum non ingessit, sed à domino vocatus, electus, & missus. Actù. 9. etiam nec potestare illa vi voluit, quam à Christo accepit, ne quos eorum, quos gubernaret, offenderet, euangelio offendiculum daret. 1. Corinthio. 9. Qui denique vt Christo. in suo dialogo. ait: Dei præcepta a feruenti deuotione tranfederat, & nusquam quod suum erat quærebat. 1. Corinthio. 9. sed vbique quod ad illorum quos gubernabat, pertineret salutem. Et tamen tanta semper formidine præmebatur cum in magnitudinem sui intendebat officii vt dicere compelleretur: Castigo corpus meum & in feruitum redigo, ne forte cum aliis predicauero, ipse reprobos efficiat 1. Cor. 9.

Quomodo ergo non timeant, & cõtemiscant, qui nequaquam ad Pauli perfectionem attigerunt, qui frequenter, quæ sunt, quærunt, qui mandata Christi non solum nulla deuotione trãscendunt, sed & frequenter præuaricando contumunt, qui quod omnino dãnabile est, non suam vocat ionem expectant, sed improbè se ingerunt, intrudunt. Talibus enim vt Basilus ait li. 4. dial. Chryl. in principio: Nullus relinquitur excusationis locus in his, quasi errauerint postea. Nam ignorantia defensione qui sponte accedit, se priuat. Audiet enim à iudice cur conscius tibi tam grandis inscientiæ, nec habes exercitauit sensum, ad hanc artem sine offensione tractandum ausus es accedere ac properare officium, quod vires tuas superat? Quis cogit, quis fugientem violenter atraxit? Licet & ipsa violenta attractio indoneum non excuset in toto, est in tanto, vt in subsequentiudis Chriost. manifestat. Si verò pastor gaudendum aliquando fuerit de profectu ouium, de lucro animarum de fructu verbi Dei, atque diuini nominis cultu ampliori gaudendum erit. Sic Gaio ait Ioannes in tertia canonica: Gaudis sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ. Maiorem horum

non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos, in veritate ambulantes.

Denique qui oues Christi in æterna pascua delitiosissima ducendas esse maluerint, non hædi à sinistris statuenti, & cum lupo rapaci idest diabolo, & angelis eius in ignem æternum precipitandi, & à morte sine fine depascendi, current hic audire vocem nedum auribus, sed corde, & imitari opere, boni pastores Christi etiam à quocunque siue pastore, siue mercenario prolatam, non proferentem, sed in sua voce dominum agnoscent. Neque ideo vinum ingratus si fuerit proclamator improbus. Et mandatum principis non minus obligat si præco personali culpa vileat. Ne tantum attendant ministrum quantum precipientem dominum, quoniã est aliquando per mercenarios oues suas pascit dominus, ipse tamen semper verus pastor est, atq; bonus. Et tantum de primo.

Quantum ad secundũ doctrinã aliquã accipiamus. Post eas, quibus iam commoti estis ad vitandũ peccatorum occasiones, stultas, ac vanas locutiones adiungitur quoq; in dominica præcedente contuendũ latus dñi, manus, atq; pedes. Quæ doctrinæ si iam conualuerint in vobis, superest iam doctrina alia, vt ipse magna, atq; fiducia sustulit, tendatis fortiter ad progrediendum in nouitate vitæ. Siquidem via ista, quæ ducit ad vitam, arcta est, porta angusta, pericula quoque in via plurima, quam perambulare non possunt inertes, effeminati, & desides, sed magnanimi, & fortes sibi ipsius violentiam inferre valentes. Hinc ait dominus: Contendite intrare per angustam portam. Luc. 13. & Matth. 11. Regnum cælorum vim paritur, & violenti diripiunt illud, qui scilicet animo suo dominantur, non cõsentientes carni, & sanguini sed fortiter sibi violentiam inferentes, carnem spiritui seruire compellunt in via vt tandem cum spiritu eleuata, & glorificata exulet æternaliter in patriã. Hinc hortatur propheta in

Oues
sint obedi-
cientes.

Doctrina ad
progrediendum in
nouitate vitæ
nunc
incepta.